THEOLOGISCH-KANONISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Österreich, 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sunt pcepta dni qualia comendant. levia sci
licet atque suavia. Et oret gemitu volun
tatis. ut impetret donum facilitatis. Qui
enim dicit fiat cor meum immaculatum. et itine
ra mea dirige secundum verbum tuum. et ne dnet
mei omis iniquitas. et fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra. et ne nos inferas in
temptacionem. et cetera huiusmodi quae commemorare
longum est. hoc utique orat ut dei pcepta faci
at. que ut fierent nec iubentur. si nichil
ibi nostra voluntas ageret. nec oraretur si sola
sufficeret. Comendantur ergo non esse gravia. ut
cui gravia sunt intelligat non dum se accepisse
donum quo gravia non sint. nec arbitretur se
ea pficere. quando ita facit ut gravia sint.
hylarem enim datorem diligit deus. nec tamen cum
ea gravia sentit. desperando frangatur. sed adquae
rendum. petendum. pulsandumque cogatur.
videamus ergo et in his testimoniis quod deinde
posuit. dominus sua pcepta non gravia comen
dantem quod dei mandata in quid non modo inpossibi
lia sint. verum ne gravia quidem. In deutrono
mio. Et convertetur dominus deus tuus. epulari in te ~~in~~ sup bo
nis. sic epulatus est sup patres tuos. Si audi